ii Nubere mecha potest mecho seiuncta marito.
iii Queritur an crimen purget contritio sola.

¶ Tractatus de penitētia habens septē distinctiones hic inserit.

i Gratia diuina contritis crimina delet.
ii Perditur hic diuinus amor non in paradiso

iii Penam peccator bene pro viciis iterabit
iiii. Ista probat dimissa semel peccata redire.
v Ut purus fias: pro crimine plurima voluas
vi Crimina presbitero proprio dicas sapienti
vii Tandem letus erit qui continue gemet istic.

¶ Redeamus ad .i. ii. q̄stionē trigesimetertie cause.

iiii Reddito temporibus poscenti debita sacris
v Mens vtriusq̄ nisi sit: non bene continet alter

¶ Trigesimaquarta causa.

Terdena quarta nubit viuente marito.

¶ Due questiones trigesimequarte cāe.

i ¶ Morte viri dubia que nupsit/adultera non fit.
ii Reddatur primo coniunx hec nupta secundo

¶ Trigesimaquinta causa.

Cognatos gradibus numerat trigesima quinta.

¶ Decem questiones trigesimequinte cause.

i ¶ Cognatā ducat propriam pro coniuge nemo.
ii Omnes vxoris consanguineas reprobabis
iii Copula septennis gradibus talis prohibetur.
iiii Hic graduū numerus etates respicit orbis
v Truncus ponitur hic cum ramis/vt docet arbor
vi Edocet in testes assumi sexta parentes.
vii Filius esse nequit/incestu quem generasti
viii Dispensat solus coniunctis sanguine papa
ix Non bene seiuncta connubia prisca reformes.
x Non consanguineis prolem vidue dato primi

¶ Trigesimasexta causa.

Ultima de raptis tractabit causa puellis.

¶ Due questiones trigesimesexte cause.

i ¶ Raptum committes per vim rapiendo puellam
ii Hec tibi iungetur/pugnato crimine raptus

Decreto tertia pars adiungitur: que est de consecratione: quinq̄ distinctiones continens.

i ¶ Consecrat templa/missasq̄ canit tibi prima
ii Parsq̄ scd̄a sacri tractat sacramina panis.
iii. Feria sit terne: que post ieiunia ponit.
iiii Tempora baptismi distinctio quarta notauit.
v Frontes confirmās dabit vltima pneuma beatum

¶ Explicunt versus peculiares quib⁹ satis clare vniuersalis materia decreti comprehenditur.

¶ Questiones causarum sunt. 172.

Questio centuplex/ septuagesima duplex.
Est in causarum tractatu rite notata.

¶ Quot questiones habeat quelibet causa ostenditur per quinq̄ carmina sequentia. In quibus sunt tot dictiones quot sunt cause. scilicet. 36. Et q̄libʒ dictio causā vnā representat. Prima dictio primā cām. Scd̄a scd̄am. ꝛc. Itē quot sūt littere ī qualibet dictione: tot sunt q̄stiones sub illa causa per illā dictionē rep̄sentata. Uerbi gratia. prima dictio. s. discere q̄ primā cām rep̄sētat septem hʒ lr̄as. et hoc significat primā cām septē q̄stiōes cōtinere. Scd̄a dictio ē causarū vbi sunt octo littere: ad denotādū q̄ secūda causa hʒ octo questiones. ꝛ sic de aliis. ¶ Aduerte tamē q̄ superior nūerus significat causas: et inferior questiones. Uersus.

Prima cā ii iii iiii v
vii viii xi vi vi

Discere causarum quarumlibet ordine membra.

vi vii viii ix x xi xii xiii xiiii
v ii v iii. iii. iii v ii. vi.

Optes: vt doceo, sed non sis deses/ et anceps.

xv xvi xvii xviii xix xx xxi xxii
viii vii iiii ii. iii iiii. v v

Instanti dabitur quod tu vis, quod petis: illud

xxiii xxiiii xxv xxvi. xxvii. xxviii. xxix xxx
viii iii ii vii ii iii ii v

Efficies. Res id famatum te dat ad omnes:

xxxi. xxxii xxxiii. xxxiiii xxxv xxxvi
iii viii v ii x ii

Vsu doctrine tutum si constituas te.

¶ Carmina subiecta eādē prosis materiā complectuntur. neqȝ sunt minus salubria expolita.
Tempora labuntur vernantibus indita formis.
Diues te ledit res tua. nam miser es.
Sperne fluentia: respice cras ea non tibi sumes.
Multa recondis. cur? vt moriens ea des?
Da celer. est siquidem tutum. da preueniens te.

¶ Dominus Baptista de sancto blasio in repetitiōe prime rubrice decreti asserit nonaginta canones esse super tria milia ponens tales versus.
Si numero recte/ ter millenum caput in se.
Atqȝ decem nouies/ decretum nosco tenere.

¶ Cause decreti sunt triginta sex.

Sub magni longa decreti parte secunda.
Sex et triginta causas reperire licebit.

¶ Cause ipse .xxxvi. patēt p .xxxvi. vocabula in septē subiectis versibus posita ex quibus nō tm̄ numerū/ sed etiam principalē materiā cuiuslibet facile cognosces. Quilibet quinqȝ vocabula complectitur: dempto vltimo qui sex habet.

i ii iii iiii v

Symon[a] appellat[b] spoliatus[c] teste[d] libello[e]

vi vii viii ix

Infames[f] viuens[g] successor[h] solue[i] regendo[k].

xi xii xiii xiiii xv

Censuram[l] testor[m] funus[n] fenus[o] furiosus[p].

xvi xvii xviii xix xx

Monachus[q] occidit[r] abbates[s] claustra[t] volentes[v].

xxi xxii xxiii xxiiii xxv


Commendat[x] iurans[y] bella[z] heresis[?] inuiolata.

xxvi xxvii xxviii xxix xxx

Sortilegus[b] sponsis[c] infidis[d] seruiat[e] infans[f].

xxxi xxxii. xxxiii xxxiiii. xxxv xxxvi.

Mecha[g] coit[h] mente[i] dubitans[k] gradib9[l] rapiente[m]



Secunda pars decreti ubi tractantur cause quia longe prolixior et difficilior est reliquis: ideo diligentius pro eius cognitione elaborandum est. Illius profecto obscuritatem paucis elucidatam conspiciet qui ea que hic inpressa diligenter annotauerit.

ᵃ**Symon.** Symoniacus est et peccatum committit qui spiritualia vendit. damnentur episcopi per pecuniam facientes ordinationem et tunc lepram non officium conferre dicuntur. Simoniacorum sacramenta effectum gratie non habent. Sacerdotes digniores facilius quam reliqui a deo exaudiuntur. Et ibi de dignitate verbi christi quod eius corpori equiparatur. c. interrogo. Et in fine de crimine concussionis tractatur. ii. ¶ Symonia committitur si pro ingressu monasterium pecunia exigatur vel exacta persoluatur. Ecclesiastica stipendia accipere non debet qui bonis patrimonialibus sustentari potest. c. clericos iii. ¶ Symonia an committatur si preben de emantur? Inuestitura ecclesie a laicis fieri prohibetur. c. saluator. iiii. ¶ Symonia paterna an sit ignoranti filio nocius? Et ibi tractatur an pro crimine vnius alter penam patiatur. v. ¶ Simoniace acquisita ecclesia per patrem an possit per filium licite obtineri Item an possit filius fungi ordinatione quam paterna pecunia est assecutus? vi ¶ Simoniacus est qui pecuniam largitur vt eligatur. vii. ¶ Symoniaci in ordine male accepto penitentiam agere non possunt et ibi principaliter tractatur an ab heresi redeuntes sint in suis ordinibus et dignitatibus recipiendi. Et quod decreta possunt temperari et canones quandoque relaxari.

ᵇ**Appellat.** Appellare non est opus a sententia a non suo iudice lata quia talis sententia nulla est c. in primis. circa fi. Et in prima questione huius secunde cause principaliter tractatur an ordo iudiciarius sit in manifestis obseruandus. Et quod excommunicatio non est ferenda antequam causa fuerit examinata. c. nemo. Et iudex peccatum sibi soli notum damnare non debet. c. si peccauerit. i.

¶ Appellare posset spoliatus si ante restitutionem sibi factam accusatori respondere cogeretur. Nullus enim debet accusari dum suis rebus fuerit spoliatus iii. ¶ Appellandus est calumniator qui scienter falsa crimina intendit. preuaricator qui vera crimina abscondit. Tergiuersator qui in vniuersum ab accusatione desistit. §. notandum. Et in hac tertia q. principaliter tractatur qua pena feriendi sunt qui in accusatione deficiunt. v. ¶ Appellatur purgatio quedam vulgaris/quedam canonica Et ibi tractatur an deficientibus accusatoribus reus sit ad purgationem cogendus. iiii. ¶ Appellatur testimonium sufficiens quod ore duorum vel trium firmatur. Et ibi tractatur principaliter quot testes requiruntur non tantum ad conuincendum episcopum sed etiam contra quemlibet clericum. vi ¶ Appellatio est remedium contra causas viciatas. Appellatio infra decendium debet interponi. c. anterior. Et ibi de libellis dimissoriis: et de iudicibus a quibus appellare non licet vii. ¶ Appellat quis altero maior non ratione dignitatis sed vite. c. quamquam. Dignitas ei non facit episcopum: sed vita. c. non omnes episcopi Et ibi tractatur principaliter an laici possint episcopos accusare. Christiani per infideles accusari non possunt/nec sacerdotes per eos qui ad sacerdotium prohibentur eligi viii. ¶ Appellatur et dicitur accusatio rite facta quando fit in scriptis. Et regulariter accusator se debet inscribere ad penam talionis preterquam in sex casibus in summa positis.

ᶜ**Spoliatus.** Spoliatus et electus ante omnia venit reintegrandus. c. reintegranda. Boni a malis semper molestantur. xi. ¶ Spoliatus et electus postquam fuerit restitutus: quas in ducias debet habere antequam cogatur in iudicio respondere. Et ibi in summa videas de multiplicitate induciarum. iii. ¶ Spoliatis episcopis et aliis ad iudicium venientibus inducie sunt prestande. iiii. Spoliati communione ecclesie et anathematizati: infames: incestuosi: sacrilegi: detractores: et multi alii sunt ab accusatione repellendi. Et ibi dicitur quod anathema differt ab excommunicatione. c. engeltrudam.

v. ¶ Spoliatis et aliis quibuscunque inimici iudices esse non possunt/nec accusatores nec testes. vox enim inimicorum contra nullos est audiēda. Dicitur etiam ibi quod testes familiares et domestici et etiam consanguinei non sunt contra extraneos producendi. vi. ¶ Spoliatus et quilibet alius si aduersarium vult conueniri ipsius forum sequi debet. c. pulsatus. Nec ipsi dampnari. nec cōsilia celebrari possunt sine pa. vii. ¶ Spoliati et alii volentes litigare non debent aduersarios suos coram infamibus trahere. qm̄ tales. s. infames et criminosi non possunt esse iudices. Solus enim ille iudicare debet aliosque nichil in se habet reprehēsibile. c. iudicet. viii.

¶ Spoliationem vel alium reatum cōmittens episcopus / a quot episcopis est iudicandus. ix.

¶ Spoliatorum et aliorum testes testimoniū dicant de his tm̄ que phitialiter et veraciter nouerunt: nec contra absentes sunt producendi. Absentes enim nō debent iudicare nec accusari. x.

¶ Spoliatorum et aliorum testes in vno deficientes an sint in aliis dimittendi Et accusans de pluribus criminibus si in vno deficiat an in aliis admitti debeat?

xi. ¶ Spoliati accusantes suos spoliatores et inuasores ab eis accusari non possunt. quoniam accusati nisi prius se purgauerint alios accusare non possūt

b Teste. Testes iuris dispositione excommunicati non possūt ad accusationem admitti.

ii. et iii. ¶ Testis esse non potest qui adhuc xiiii. annum nondum peruenit. Testificantem personam assumere non potest qui ab accusatione prohibitus est.

iiii. ¶ Testis accusator et iudex aliquis simul esse non potest.

v. ¶ Testātur iura illum non esse communione repellendum: qui die statuta ad causam venire non potuit.

vi. ¶ Testis est iuris dispositio deficientem in episcoporum accusatione nō posse decreto agere: nisi in ciuili et proprio dumtaxat negocio.

e Libello. Libello famoso vtentes et ipsum contra aliquē scribentes qualiter puniendi sunt?

ii. ¶ Libellum diffamatorium scribens aut aliter reus tribus citationibus debet in ius euocari. Et per scripta nullius accusatio debet suscipi. iii. ¶ Libelli famosi scriptor aut aliter criminosus an admittatur in iudicio per procuratorem? iiii. ¶ Libellus accusatoris si in episcopum datur. i. si episcopus accusetur / eius causa a. xii. episcopis audiatur? v. ¶ Libellum famosum scribentes aut aliorum crimina sponte cōfitentes non debent ad accusationem admitti. c. illi. Et ibi habetur quod nec qui parcit est amicus; nec qui verberat est inimicus. c. non omnis. vi. ¶ Libellum famosum in alterum scribens aut alteri crimen inferens / qua pena ferietur si crimen illatum non probetur?

f Infames. Infames excommunicatos et criminosos a sacerdotum accusatione ius repellit. Et ibi tractatur qui dicantur infames. c. infames. ii.

¶ Infamis est quodammodo episcopus et reprehendendus qui sibi soli dicit aliquem crimen suum fuisse confessum. Et ibi dicitur quod episcopis alios accusantibus non creditur nisi probent quod obiiciun. iii.

¶ Infamē quodāmodo dicimus et reprehendēdum qui ponit falcē in messē alienam. c. i. Et ibi dicitur quod alicui alterius parrochianum iudicare non licet Et quot ciuitates vnaqueque prouincia habere debeat. c. scitote. Et quod episcopus iudicio primatis et non aliorum se subiicere debet. iiii. ¶ Infamis aut criminalis accusatio si iponatur epo. i. si episcopus criminaliter accusetur et epi comprouinciales de causa cognoscentes sint in sententia ferenda discordes quid iuris? v. ¶ Infamis esset quodāmodo et reprehendendus iudex qui vellet reum cogere ad probandum/ accusatore in probationibus deficiēte quia negatiua per rerū naturam est improbabilis. c. accusator.

g Viuens. Viuens si adhuc sit episcopus: alius sibi succedere non valet nec in eius locum

subrogari. quod verum est nisi esset depositus: vel de licentia pape renunciasset: aut per ambitionem se ad aliã ecclesiam transtulisset. Epõ autẽ egrotanti aut nimia senectute grauato dandus est coadiutor. Eps ecclesiã suam deserere non debet. c. sicut vir. nec etiã est a suis subditis relinquendus. c. denique Prelati duo in vna ecclesia esse nõ debent. c. in apibus. Beatus Augustinus accessit et non successit valerio hipon. episcopo. c. non autẽ. ii ¶ Uiuens epus aut sacerdos q̃ pro egritudine a missarum celebratiõe abstinuit: an possit celebrare recuperata sanitate? Et ibi habetur de morbo caduco laborantibus.

b **Successor.** Successor an possit eligi ab epõ viuente: hoc est an successorẽ sibi possit eps eligere? Et ibi habetur q locus regiminis est fugientibus offerendus. Et episcopari potest q̃ prodesse desiderat c. qui episcopatum. ij.

¶ Successor episcopi mortui non est eligendus i numerum donis aut amicorum patrocinijs. iij.

¶ Successor epi an post electionẽ tenetur iuramentum prestare pro indẽnitate ecclesie? iiij. ¶ Successus seu prosper euentus denegatur clericis q̃ ante sententiam suspensionis vel depositionis a suo epõ discedere presumunt. In tales enim ferenda est censura. v.

¶ Successus non continget episcopo a sede apostolica vocato/si ad propria reuertatur nisi prius fuerit purgatus et apostolicis litteris munitus.

i **Solue.** Solue et solui procura te ipsum o prelate excõmunicate: alias nõ poteris ordinare: nec tua ordinatio erit rata. ii. ¶ Soluti sũt clerici vnius prouincie a prelato alterius adeo q archiepiscopus/primas/ vel patriarcha clericos alterius puincie non potest ordinare. iii. ¶ Soluere vel damnare subditos suffraganei nõ licet archiepiscopo illo inconsulto. Soluit papa ab alijs excommunicatos et cuiuslibet ecclesie clericos potest ordinare. Est enim ordinarius ordinariorum. c. cuncta per mundum. ibidem.

k **Regendo.** Regendo vnamquamque parrochiã: et res ipsius disponendo facit episcopus quod debet. c. regenda. et c. nouerit. Regendi sunt subditi per episcopos visitantes. vt. c. placuit. ij.

¶ Regendi officium episcopus transgreditur si bona ecclesiarum vsurpare nititur: quis de illis precarias facere possit. iii. ¶ Regendi sunt subditi sine exactionibus. Et ibi de cathedratico quãtũ nomine ipsius valeat episcopus habere.

l **Censuram.** Censuram formidare debent qui clericos ad iudices seculares trahũt. c. inolita. et. c. placuit. Et ibi de coniuratoribus et eorum punitione. ii.

¶ Censura ligatus. i. excommunicatus vel suspensus celebrans est depositione dignus. iii.

¶ Censura siue iusta siue iniusta est timenda. Censura ligati sunt vitãdi plus q̃ pagani. c. ad mensam. Censura ecclesiastica feriri debet et ore demonũ decerpi qui suo episcopo est inobediens. c. absit. Censuram ex ira proferẽs grauiter delinquit. c. ira. et. c. cum apud. Censura siue sententia vel iudiciũ quattuor modis puertitur. c. quattuor modis. Censura feriendi sunt et iude proditori comparandi qui veritatem negant et occultãt. c. quisquis. et. c. abijt iudas. Censura siue sententia iniuste plata viribus caret. Episcoporum preceptis non semper obediendum est. Censure seu anathematis forma habetur in. c. debent.

m **Testor.** Testari seu testamẽta facere cum de proprio liceat et permittatur clericis proprium habere. Clericis causas agere non licet. c. duo sunt genera christianorũ. ii.

¶ Testamenta cõdentes clerici an possint quibus voluerint ea relinquere q̃ de bonis ecclesie acquisiuerunt?

¶ Testatur multiplex canon illos esse grauiter puniendos qui res et predia ecclesiastica inuadunt.

¶ De bonis ecclesie quattuor sunt portiones faciende. ca. quattuor.

Et ibi ex rerū alienatio an sit permissa. c. sine exceptione. ꝛ. c. terrulas. Liberti ecclie an possit ab ea discedere. Res sacre ex quib⁹ causis alienari valeant? c. aurū habet ecclesia. pauperibus est prouidendum. c. gloria episcopi. iii. ¶ Testamentum an facere possint illi q̄ prius neihil habentes: tēpore sue administratiōis aliqua acquisiuerūt ꝛ q̄d iuris de talibus bonis. iiii. ¶ Testamēta an facere possint clerici de bonis ex suis et rebus ecclesie quesitis? v. ¶ Testamēta facere de rebus ecclesie an sit permissum sacerdotib⁹? Et quis succedat eis ab intestato?

ⁿ Funus. Funera et exequias suas celebrare et decimas soluere vbi debent illi qui se de vna diocesi aut parrochia ad aliam transtulerūt. ii ¶ Funerandi iura an possint prescribi? Funera. i. corpora mortuorum vbi debent sepeliri? Et an pro sepultura aliquid possit exigi? Funerum. i. mortuorum anime quattuor modis soluūtur. c. anime. Funera id ē corpora mortuorum deflēda non sunt. c. q̄ preposterum.

ᵒ Fen⁹ Fenus siue vsuram quodammodo committit et peccat: q̄ vltra debitum exigit. c. quod debetur. Et ibi principaliter tractatur an clerici possint sua repetere et pro illis litigare. ii. ¶ Funeraria causa sine criminali/aut etiam ciuili/ an possint produci testes domestici? Et an clerici possit pro sua ecclesia testificari? iii. ¶ Fenus seu vsura committitur si preter sortem aliquid exigit. iiii. ¶ Fenora seu vsuras nec clericis nec laicis licet exercere. v. ¶ Fenora seu vsure an sint apte vt inde fiant elemosine? vi. ¶ Feneratores ꝛ vsurarii veram penitentiam agere non p̄nt nisi restituāt q̄ rapuerūt.

ᵖ Furiosos Furiosos punire non decet ex his que faciunt cum sint mente alienati. Et ibi habetur de loth. et aliis ebriosis. ii. ¶ Furiosis clerici quodammodo comparādi essent: si pro patrociniis impēsis munera exigere vellent. iii. ¶ Furioso iudex comparari posset: qui ex mulieris confessione clericum condemnare vellet. Regulariter enim mulieres contra clericos testimonium ferre nō possunt. iiii. ¶ Furiosi quodammodo sunt ecclesie ministri: qui dieb⁹ dominicis et feriatis causas tractare volunt. v. ¶ Furioso similis dici posset iudex q̄ neganti purgationem indiceret nisi in famia laboraret. vi. Furoris quodammodo plena res esset: si a ministris et subditi confessio cruciatibus extorqueretur. Juramenta quedam sunt irritanda: quedam relaxanda. c. auctoritatem ꝛ. c. alius. in quo ca. habetur ꝙ solꝰromanus pontifex regem francie tanq̄ inutilem deposuit. Excommunicatis fidelitas seruanda non est. vii. ¶ Furiose procederetur si diaconus vel presbiter sine concilii examinatione deiiceretur. viii. ¶ Furore quodam plenus censetur qui carnis fragilitate ante ordinationem lapsus et in iudicio confessus vel conuictus: post ea presumit offerre et in ordine suscepto ministrare: quod verum est de crimine deposito.

q Monachus nem inducente. Monach⁹ an pōssit licite officia populis celebrare: penitentiam dare ꝛ baptizare. Decime de consensu episcopi sacerdotibus dari debent. c. reuertimini. ii. ¶ Monachi an possint in suis capellis presbyteros instituere. iii ¶ Monachorum et ecclesiarum iura an per prescriptionem tolli possint. iiii. ¶ Monachi an possint p̄scribere contra ecclesias ꝛ prelatos seculares. v. ¶ Mōachi et prelati res ecclesie sua auctoritate repetere non valent. vi. ¶ Monachi/ episcopi/et alii p̄lati si sua auctoritate vsurpant que ad se pertinere putant: an cadant a causa. vii. ¶ Monachi ꝛ abbates an possint retinere ecclesias: decimas: ꝛ iura patronatus de manib⁹ laicorum sibi concessa sine episcopi consensu. Et ibi habetur ꝙ episcopus habet dispositionem omnium ecclesiarum que in sua diocesi constitute sunt. c. omnes. basilice. Et etiam ibi plane de iure patronatus. c. quicunq̄. c. filiis. ꝛ. c. decernimus.

ʳ Occidit. Occidit seipsum spiritualiter qui a voto resilit. ii. ¶ Occidit quodammodo temporaliter seipsum qui suum resignat be

nesciunt. sed si in infirmitate resigna = uit: an sit ei restituendū postq̄ conua= luerit. Et ibi habetur q̄ ante probatio nem triennii nullus in monasterio de bet suscipi. iij. ❡ Occidit alaȝ suam mo nachus ad propria rediens postq̄ se ꝛ sua mōasterio tradidit. iiij. ❡ Occidēs vel percutiens clericos diabolo suadē te est excommunicatus ipso iure. c. si quis suadente diabolo. Et ibi habetur q̄ ecclesie concessa non sunt reuocan= da: et qui talia aufert sacrilegium cō= mittit. Et ecclesie iminunitas nō est vio landa.

Abbates. Abbates aut mōachos factos episcopos ius obligat ad relinquendum quod ante habuerunt/ monasterio quod post /ec clesie proprie. c. statutum. ii. ❡ Abba= tes sunt a propriis fratribus eligendi et non ab episcopis. Abbates expelle= re non est permissum monachis: neq̄ commatrices facere Abbates et mona chos possunt episcopi visitare et con= ditiones exigere tempore dedicatio= nis constitutas. Abbates et monachi cum sanctimonialibus habitare nō de bent quia ferruum cōmixtio est pericu= losa. c. diffinimus.

Claustra. Claustra siue religiōeȝ intrare volentibus clericis non est a suo episcopo denegandus ingressus. ii. ❡ Claustrum ingredi clericis per= mittit etiā episcopo inuito. iiii. ❡ Clau strum vnum petere altero derelicto an sit permissum monachis et regulari= bus canonicis sine permissiōe abbatū

Volentes. Volentes et sponta= neos monasterium intrantes pueros an cogant intra re= ligionis propositum tenere. Volun= tarie puelle virginitatis propositum suscipientes nuptias eligere non pos= sunt. ii. ❡ Voluntate patris spreta si fi= lius religionem ingreditur/ an a pa= tre reuocari possit. iii. ❡ Voluntarie habitum religionis suscipientes illum deserere: non possunt sed qui coactus ingreditur nullo modo obligatur. iiii ❡ Volentes religiosi ad arctius mo= nasterium transire non sunt impedi= endi.

Commendat. Commendataȝ vnam ecclesiaȝ potest habere clericus in altera inti= tulatus. Commendandi sunt clerici q̄ in vna et non in pluribus ecclesiis vo= lunt cō scribi Et ibi habetur q̄ duos e= piscopatus potest quandoq̄ quis ha= bere. c. relatio. ii. ❡ Commendandi nō sunt clerici qui sine litteris dimissoriis de vna ecclesia transeunt ad alteram. Matrimonium spirituale contrahitur inter curatum ꝛ ecclesiam suam que nō debet esse scortum. c. sicut. iii. ❡ Com= mendatio nulla sed potius vituperiuȝ est clericis qua secularium negociorū procuratores esse volunt. iiii. ❡ Com= mendandi sunt clerici qui vestibus si= bi congruentibus vtuntur: vnguenta ꝛ fulgida vestimenta fugiētes. ii. ❡ Cō mendare non debemus clericum qui a suo episcopo depositus imperatorem aut iudicem secularem adit.

Jurans. Jurans verum non pec cat: sed sec9 si pelerat: et per creaturas iurare non licet. ii. ❡ Jurans falsum quod putat veruȝ an sit periurus: quot comites habeat iu= ramentum: et quot sunt genera men= dacii. iii. ❡ Periurium prelatum ꝛ cri= minosum ante sententiam diffinitiuam derelinquere non licet. iiii. ❡ Juramē ta illicita an sint seruanda. v. ❡ Pelera re et contra iuramentum suum venire qui cogit aliquem licet periurus non sit: tū mortaliter peccat. In qua etate quis cogatur iurare: et ibi ponitur for ma iuramenti fidelitatis. c. de forma.

Bella. Bella committere seu mili tare an sit peccatum. ii. ❡ Bellum quod dicatur iustum? ❡ Bella an debeant cōmitti pro repel= lenda sociorū iniuria. iiii. ❡ Bella nō sē per sunt exercenda contra malos. Ma li enim sunt quandoq̄ a bonis toleran di et non abiiciendi. Quedam tū mala sunt repellenda et punienda: quedam tollerenda. Mali sunt medicinali seue ritate ad bonum cogendi vt nabucho donosor. Et heretici etiam inuiti sūt ad salutem trahendi. Bellis sunt coer= cendi ecclesiastice religionis inimici. ❡ Bella qui deo auctore gesserunt:

preceptis non occidendi minime transgressi sunt. Et ibi an mali sint occidendi. habens gladiū potestatem potest occidere si hoc faciat amore iusticie.
vi. Bella et coactiones debent exerceri in malos vt teneant bonum iam susceptum. Non autem sunt ipsi mali ad bonum non susceptū cogendi. vii. Bella si iusta sint pūt heretici et omnes hostes licite suis rebus spoliari. viii. Bella an possit per clericos committi / et an possint clerici arma sumere. Qui sacramenta vel tractant iudicium, sāguinis agitare non debent.

Heresis. Heresis q̄lz ab ecclesia romana destruitur hereticus an possit alium excommunicare priuare vel sententia notare. Excōmunicatus alium excommunicare non potest. Hereticorum consortia et eorum sacrificia non sunt a catholicis fugienda. ii. Heretici etiam post mortem sunt excommunicandi Ecclesia viuentes et non mortuos an ligare possit vel soluere. iii. Hereticus si dominus est aut alio crimine irretitus an possit excommunicatio ferri in familiam suam pro delicto ipsius domini: et in filium pro peccato patris.
Excommunicandi sunt qui corrigi nolunt. et etiam illi qui duas vxores habent: testes falsi homicide: et multi alii. Hereticorum tandem varie species ponuntur.

Inuiolata. Inuiolata debēt esse roma. pontifi. statuta et censure. Inuiolati maneant sacri canones: quos qui violant in spiritum sanctum blasphemant. Inuiolata seruentur sanctorum statuta et eorum regule in synodo cōstitute. ii. Inuiolata custodiantur ecclesiarū et archiepiscoporum priuilegia. Inuiolati conseruentur presules a suis ciuitatibus. Ciuitas enim violans et occidens episcopum suum: episcopali dignitate priuaf. c. ita nos

Sortilegus. Sortilegus quis sit siue qui dicantur sortilegi. ii. Sortilegum esse an sit peccatum sortibus an sit credendum. et. iii. Sortes siue diuinationes a quibus exordium sumpserunt. Et de multiplici genere diuinationis: et quot modis demones futura prenoscunt. v. Sortilegi vel diuinatores an sint excommunicandi si cessare noluerint. Sortilegia et magicam artem debent episcopi eliminare. Sortilegiis vel maleficiis nullo pacto debent sacerdotes operam dare aut abūtendi sunt. vi. Sortilegus vel alius ab episcopo excommunicatus an per alium ipso inconsulto possit absolui: Et an presbiteri possint reconciliare penitentes. Penitentia morientibus non est denegāda etiam a simplici sacerdote. vii. Sortilegis et aliis morientibus non est penitentia imponenda sed bene innotescenda. In penitētiis imponendis multa sunt consideranda. Melius est sacerdotem penitentiam imponentem esse nimis misericordē q̄ nimis seuerum. Sortilegi sunt et excommunicati qui dies et menses et annos pagarorum ritu obseruant.

Spōsis. Sponsis vel se deo dedicantibus et virginitatem vouentibus nuptias cōtrahere non licet. Spōsalia de presenti siue matrimonia per vouē. solenniter ptracta non tenēt. ii. Sponsa vnius an possit a suo spon. recedere et alii nubere: Sponsa sine consensu sponsi et econtra religiosam vestem suscipere non potest post copulam carnalem secus ante. Sponsalia vera an fuerint inter Joseph et Mariam. Sponsam alterius nullus rapiat / et ibi alia quid de raptu.

Infidis Infidis seu infidelibus piu. contrahe. licet / et inter eos dicit esse matrimo. licet non sit ratum infidelis vxorvirum cogens ad malum licite dimittitur. Infidelium vt iudeorum pul. et etiam coniu. sunt a christicolis vitanda. ii. Infidelium vnus si conuertatur ad fidem: altero remanente in infidelitate/ an possit ad fidem conuersus alii se copulare. iii. Infidelis qui ante baptis. vnam vxorem habuit et post baptisma aliam: bigamus est censendus. nec potest esse episcopus. ca. acutius. ibidem.

Seruiat. Seruire astrictus vt pu ta seruus si contrahat

est libera que per errorem putabat eum libe. non est inter eos cōiu. quia error personae et conditionis impediunt et dirimunt: secus autem est de errore fortune et qualitatis. ii. ¶ Seruum sciens acceptum in maritum non potest mulier dimittere. secus si ignoranter. Serui pūt matrimonia contrahere.

Infans. Infans proprius si teneatur a patre in sacro baptis. licet per tale factum sue uxori cō pater efficiatur: non propter hoc ab ipsa uxo. separabitur nisi ad seruandam continentiam possit induci.

ii. ¶ Infantes spon. contrahere neque unt: quia in illa etate consentire non possunt.

iii. ¶ Infātes siue filii spirituales vel adopt. an possint naturalibus per matrimo. coniū. iiii. ¶ Infantem siue filiū aliquem non debet uxor simul cum viro suo in baptis. suscipere. c. si. qr esset commatres Et ibi dicitur ꝙ non potest quis ducere in uxorem reli. cōpactris sue uxoris: nec etiam duas cōmatres.

v. ¶ Infantibus si conceditur nup. contra ipsorum et quorumcunqꝫ aliorum nup. seu matri. non debent clam fieri sꝫ publice. et sic non debent esse clāde. Tandem instruuntur iudices ad cunctar imandum.

Mecha. Mecha siue adultera et ab aliquo per adulte. pol. an possit per eum duci in uxo. Et ibi matrimo. secun da conceduntur. c. ꝙ si dormierit.

ii. ¶ Mecham sepe mulierē efficit coactio. et ideo nulla mulier est cogenda nubere: quia in matrimonio animꝰ plena libertate potiri debꝫ et gaudere. Nō licet viro uxorem deserere vt fecit lotharius. iii. ¶ Mechie notam an dicantur incurrere filii et filie qui post sponsionem parentum cum aliis contrahūt hoc est an filii et filie post promissio

iiii. ¶ Coitus siue incontinentie causa dicta an sit coniunx appellanda? Abortum procurantes an sint homicide.

iiii. ¶ Coitui siue copule coniugali apta puella si habet patrem seruum et auum liberum: in matrimonio contrahendo sequatur de honestate arbitrium aui et non patris qui liberum non habet arbitrium cum sit seruus.

iiii. ¶ Coitu ancillari et illicito nō licet prolem querere. viuente enim uxore ex quacūqꝫ causa: neqꝫ ex ancilla neqꝫ ex alia licet prolem procreare. Mechie nomie omnis illicitus concubitꝰ intelligitur. c. meretrices.

v. ¶ Coire coacta et per violentiam accepta an perdat pudicitiam et virginitatem: carnis virginitas non seruatur si mens corrumpitur Viro uxorem extra fornicationis causam delinquere nō licet.

vi. ¶ Coiens vir cum aliis et sit adulter uxorem adulteram dimittere non pōt.

vii. ¶ Coitus seu fornicationis causa dimittens uxorem ea viuente aliam ducere non potest. Coitus contra naturā et cum personis coniunctis est grauissimum peccatum.

viii. ¶ Coitum siue incontinentiam incurrere non debet aliquis vt aliqua ad fidem conuertatur. Et sic non licet ducere uxorem infidelem sub ea conditione vt conuertatur et fidelis efficiatur.

Mente. Mente seu voluntate mulier cupit vt fiat mater et habeat liberos: tamen si eius vir est frigidus et maleficiatus: an propter hoc sit ab eo separanda?

ii. ¶ Mens et voluntas est mulieri post mortem viri cum illo contrahere cum quo prius fornicata fuit an possit? Viro uxorem dimittere propria auctoritate et sine iudicio ecclesie non licet

iiii. ¶ Mentis scrupulo cessāte an possit maritus tēpore orationis ꝛ penitentie vxori debitū reddere. Et ibi habet ꝙ tēpore quadragesimali nuptias celebrare non licet. v. ¶ Mens ꝛ voluntas est viro continentiam vouere non potest hoc facere sine consensu vxoris tacito vel expresso: nisi sit sponsa nondū cognita. Mulier viro debet subesse cū vir sit caput mulieris. c. hec imago.

k **Dubitans.** Dubitans vxor de morte mariti ꝛ credens illum esse mortuū si cōtrahat cū alio an dicat rea adulterii. iii. ¶ Dubitans mulier de morte mariti si cū alio contraxit ꝛ postea maritus eius redijt an sit cogenda ad eum redire ꝛ secundum dimittere?

l **Gradibus.** Gradibus cōsanguinitatis cōtingentes mulieres non possumus ducere i vxores. Quare constitutum fuit ne consanguinee ducantur. ij. iij. ¶ Gradu consanguinitatis vxori contingentem nō licet vxorem ducere. Gradus consanguinitatis ꝛ affinitatis secūdum decreta vsqꝫ ad septimā generationē habēt prohibitionem: hoc est ꝙ ratione consanguinitatis ꝛ affinitatis prohibitum est matrimonium vsqꝫ ad septimū gradum. iiij. ¶ Gradus sextus consanguinitatis qua re prohibitus est secundum canones. v. ¶ Gradus cōsanguinitatis quomodo computandi sunt. vi. ¶ Gradibus prohibitis coniuncti ad quorū accusationem vel testificationem sunt separandi. Et ibi de iuramento separationis ꝛ reconciliationis. Et de iuramento eorum qui consanguinitatem ꝓbant. c. de parentela. vij. ¶ Gradu prohibito coniuncti si adinuicem carnaliter commisceantur filij: ꝛ tali incestuoso coitu procreati non sunt filij appellandi. viii. ¶ Gradus cōsanguinitatis et affinitatis quis dicatur esse dispensabilis. i. quo gradu possit dispensari cum consanguineis ꝛ affinibus. ix.

¶ Gradu prohibito ꝯiuncti licet forte sententia pro matrimonio fuerit lata possunt separari. Sententia enim pro matrimonio vel contra ipsum lata potest retractari veritate comperta quia talis sententia nullo cursu tēporis trāsit in rem iudicatam. Et ibi dicit sentētiam etiam roma. ponti. in melius posse mutari. c. sententiam. x. ¶ Grad⁹ affinitatis siue ipsa affinitas in superstite non deletur. Item soboles ex secundis suscepta nuptijs cōsanguineis prioris viri copulari non debet secundum decreta sed hoc corrigitur per ca. non debet. de consangui. ꝛ affinitate.

m **Rapiente.** Rapiente virginē per vim aliquo raptus cōmitti dicitur. ij. ¶ Rapiēs violenter puellam potest illā peracta penitentia vxorem ducere. Et sic rapta raptori de iure canonico nubere potest. c. deniqꝫ. ꝛ melius extra de rapto. c. cū causa cum similibus.

¶ Explicit expositio septem carminum xxxvi. causas decreti cōprehendentiū.

¶ Modus colligendi codices huius operis. Primo. a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m.n.o.p.q.r.s.t.v.x.y.z.ꝛ. Scdo. aa.bb.cc.dd.ee.ff. Tertio. A.B.C.D.E.F.G.H.J.K.L.M.N.O.P.Q.R.S.T.V.X. Quarto. AA.BB. Vlto. A.B.C.D.E.H. Et sunt oēs quaterni preter R. in quo est arbor ꝛ G qui est duernus.